



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

---

Prot. N. 597/20

## DECRETUM

Attentis condicionibus pandemia per orbem effusa inductis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, perlibenter concedimus ut Ordinarii locorum, perdurantibus causis quæ ad universale contagium v.d. *Covid-19* spectant, tempore Nativitatis Domini anni volventis tantum, celebrationem quattuor Missarum in die Nativitatis Domini, in die Sanctae Dei Genetricis Mariae necnon in Epiphania Domini permittere valeant presbyteris in suis dioecesibus commorantibus, quoties id pro bono fidelium necessarium videbitur, atque servatis semper de iure servandis, præsertim quoad præscripta in can. 951.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 16 mensis decembris 2020.

*Robertus Card. Sarah*

Robertus Card. SARAH  
*Præfectus*

+ *Arturus Roche*

✠ Arturus ROCHE  
*Archiepiscopus a Secretis*